



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

DISPUTATIO  
DE  
TESTAMENTIS.

*Quam*

PRÆSIDE  
PETRO MÜLLERO,

J. U. D. & Prof. Ordin.

*Ad d. Decembr. clō lōc LXXXI,*

In Auditorio ICtorum

publicè ventilandam sistit

AUGUSTUS BOHSE, Halâ Saxo.

---

JENÆ, Characterè NISIANO.



DISPUTATIO

De  
Testamentis. [a]

THESIS I.

**H**Xpropositis modis acquirendi domini singularibus, sequuntur *Universales*; Inter quos primum obtinet locum *Hereditas*, quæ duplici modo defertur, vel *Testamento*, vel *Ex lege immediatè*. Illa Testamentaria, Hæc Legitima vocatur. l. 3. §. 2. ff. pro socio. l. 6. §. 2. quæ in fraud. credit.

TH. II. *Testamentum*, quasi testatio mentis, ( *notatione non grammatica, sed logica* ) dictum, definitur, quod sit voluntatis nostræ iusta sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit l. 1. ff. qui testam. fac. poss. [b] Dicitur: *vol. nostra*: ex nostro enim & non ex alieno arbitrio testamenta pendere oportet l. 32. ff. d. hered. instit.

TH. III. *Dividitur*, & quidem olim (1) In id, quod *calatis comitiis* [c] vocabatur, quo in pace populus utebatur, (2) quod *in procinctu* [d] in prælium ituri faciebant veteres (3) *Per as* [e] & *libram*

---

[a] *De Testamentis* scrips. Joh. Dauth. Casp. Manzius. Constant. Rogerius. Petrus Gudelinus. Andr. Gerhardi. Christ. Ph. Richter. Julius Clarus. Petrus Gudelinus. Jerem. Setser. Joh. Calvinus. *De Testamentis minus solemnibus* Christian Lampadius. *De ultimis voluntatibus* Thomas Maulius. Didacus Covarruvias. Prosper. Farinaceus. Anton. Gomez. Wilh. Ludvvell. [b] Huic definitioni non opus est, uti quidam volunt, addere hæc verba: *cum heredis institutione*: Siquidem particula *iusta*, ut omnia jura, quæ ad testamenti factionem requiruntur, ita & heredis institutionem, utpote quæ præcipuum jus est testamenti, & ex qua testamenta vim accipiunt §. 34. *Instit. d. legat.* comprehendit. [c] Calata comitia dicta sunt à *καλίω* voco; tempore enim pacis præco bis in anno universam circumibat civitatem & populum convocabat, in cujus præsentia aliquis testaturus ultimam voluntatem scribebat & obtestabatur Quirites, ut ratam eam servarent, vid. Hilliger. *in Donell. enucl. lib. 6. c. 6. lit. B.* [d] Dicebatur *in procinctu* inde, quod in ipso militum ad expeditionem apparatu conderetur à militibus ipsis procinctis i. e. togâ militari accinctis, & ad confligendum cum hoste paratis Schneidevv. *ad b. r.* [e] Tertius hic modus omni tempori tam pacis quam belli

*libram §. 1. Inst. d. testam, ordin.* Jure nostro civili & moribus nostris (4) in *publicum*, quod est vel personarum illustrium, Regum nempe & Principum, [f] vel *publicum in specie* tale, quod itidē est duplex, (5) *insertum* [g] vel (6) *oblatum*, [h] (7) & *Privatum*, quod est vel (8) *solenne*, idque itidem vel (9) *Scriptum*, vel (10)

& omnibus personis, masculis & fœminis aptus & idoneus erat. Fiebat verò per mancipationem, i. e. civilem & imaginariam venditionem: requirebatur in eo (1) libripendens i. e. ponderator (2) familiæ i. e. hereditatis emptor: futurus enim successor patrimonium morituri seu testatoris emebat hæc verbis: Hanc ego familiam i. e. hereditatem, quæ mihi empta est hoc ære æneaque librâ jure Quiritum meam esse ajo; deinde ære percutiens librum id æs dabat ei, à quo hereditatem expectabat, velut loco pretii. Testator v. seu venditor emptori familiæ i. e. heredi futuro nihil tradebat, sed heredem eum tali modo constituebat, ut scil. post mortem venditoris possit jure adire hereditatem. Requirebantur (3) V. testes, quia populus Romanus tum temporis in 5. classes fuit distributus, & ex una quoque classe unus testis electus Rittershus. *ad §. 1. Inst. b. t. [f]* Reges & principes de suis principatibus & regnis merè hereditariis testari posse extra dubium est, vid. Reink. *d. regim. secul. & eccl. lib. 1. class. 4. c. 17. n. 77.* neque tenentur in testamentis condendis observare solennitates in paganorum testamentis necessarias Castrenf. *in l. 6. C. qui testam. fac. poss. n. 1.* Hinc opus non est, ut Principis testamentum unico fiat contextu, sicut id ipsum in paganorum testamentis fieri debet. Ferdin. Vasq. *in tr. d. success. lib. 3. §. 26.* vid. D. Eyben. *de testamento principis vel comitis imperii.* In regnis verò jure sanguinis, legis ac consuetudine delatis Rex usque adeo testari non potest; quod etiam obtinet in feudis regalibus divisioni obnoxiiis, in quibus dispositio testamentaria locum non habet *c. est autem qualis olim pater. feud. alien. 2. F. 9.* [g] *Insertum* est, quando quis inserit ultimam voluntatem precibus Principi oblatis *l. 19. C. d. testam.* in quo nullus testis requiritur Brunnem. *ad l. 19. C. d. testam.* Tabor *d. testamento Principi aut Comiti oblato cap. 6. th. 9.* quia Principis verbum multorum instar esse testium debet *c. 28. Verf. salva d. testib. Mynfinger. §. obs. 34. n. 1.* Q. Num opus sit, ut testator presens offerat Principi preces & testamentum insertum, an verò sufficiat, si id ipsum fiat per literas, nuncium vel procuratorem? Resp. Nihil interesse, an ipse testator, an loco ejus alias preces, quibus testamentum insertum, ad Principem detulerit, ejusque auribus intimaverit, modò constet, voluntatem defuncti precibus insertam & Principi oblatam esse. D. Struv. *syntagm. jur. civil. exerc. 32. th. 9.* [h] *Oblatum* est, quod fit apud acta cujusque Magistratus, ut cum quis ingreditur judicium, & ibi declarat ultimam suam voluntatem, petens, ut ad acta referatur, vel etiam, si scripto comprehensum judicis vel ejus delegatis ad se vocatis offerens, petat, ut ad acta referatur D. Struve *in Jurispr. Rom. Germ. for. lib. 2. tit. 15. §. 9.* Hoc ipse testator offerat, neque potest per alium offerri per text. *in l. 19. C. d. testam.* D. Struv. *c. 1.*



(10) *Nuncupativum*, [i] velet (11) *minus solenne s. privilegia-  
tum*. Ad testamentum privilegiatum refertur (1) Testamen-  
tum *Militare*, (2) *Parentum inter liberos* (3) *Rustici*, (4) *ad pias  
causas* (5) *tempore pestis conditum*; de quibus infra Th. IX.

TH. IV. *Causa efficiens remota est jus publicum* [k] l. 3. ff.  
*qui testam. fac.* Proxima est *voluntas testatoris* [l] l. 1. l. 4 ff. *cod.*  
quæ pro lege est servanda Nov. 22. c. 2.

TH. V. *Subiectum* sunt personæ testantes. Testari autem  
possunt omnes, qui testamenti factionem habent activam l. 5. *cod.*  
Testari verò quidam prohibentur *naturâ*, & quidem vel *ob defe-  
ctum animi*, ut sunt infantes, impuberes l. 5. l. 10. ff. *cod.* furiosus l.  
16. §. 1. mente captus, l. 17. & prodigus l. 18. *cod.* §. 1. 2. 3. *Inst. qu. non est.*  
vel *ob corporis vitium*, uti sunt surdi l. 6. §. 1. l. 7. l. 16. muti d. l. 6.  
& 7. Cæci l. 6. nisi observent solennitates in l. 8. *cod.* præscriptas  
D. Struv. *Ex. 32. th. 6. Brunnem. ad d. l. 8.* Lege testari prohiben-  
tur vel communi, propter statum vel servitutis, servi l. 16 l. 19. l.

A

20. §. 7.

th. 9. Carpzov. p. 3. c. 3. d. 23. Q. Num si testator, qui ob adversam san-  
titudinem in iudicio comparere non potest, vel ex aliis causis se sistere non  
vult, quosdam Scabinos vel Decuriones ad se accersat, & coram illis testa-  
mentum nullis aliis testibus adhibitis condat, tale testamentum perinde ha-  
beat, ac si coram actis publicis factum fuisset? Affirm. quia acta intel-  
liguntur, ubi aliquid sit autoritate iudicis quocunque loco, etiam extra iudi-  
cium l. 5. d. manum. Sind. Berlich. p. 3. præf. concl. 4. n. 10. Quotnam  
autem personæ requirantur in testam. apud acta condito vid. Berlich p. 1. dec.  
85. Richter. p. 1. dec. 30. n. 4. [i] Nuncupativum à nominando dictum,  
præter id quod fiat palam i. e. ex audientibus testibus, & præter scripturam &  
signaturam omnia solennia, quæ in scripto, requiruntur D. Struv. *exerc. 32.*  
*th. 15.* duplex quibusdam statuitur, aliud *explicitum*, quod testator con-  
scribi facit à Notario & quo ipsemet testator coram Notario & testibus  
nominat eum, quem heredem esse vult, Menoch. *consil. 312. num. 38.* Ali-  
ud *implicitum*, quando testator se refert ad disposita in schedulâ apud  
aliquem dimissâ Menoch. *consil. 619. n. 18.* & seqq. vid. Heurici Obrechtii *dissert.*  
*d. testam. nuncupativ. implicito in sol. nov. Basiliens. disp. 25.*

[k] *An testamentum sit juris gentium, an juris civilis*, controver-  
tunt DD. Prius placet Connan. *lib. 9. c. 1. v. 3. comm. jur. civil.* Posteri-  
us Forster. *part. 1. disp. 12. thes. 3.* Dicitur potest, caus. eff. remotam esse jus  
gentium, quatenus consideratur absolutè & in abstracto, oritur enim ex illo  
jure, quod liberam de rebus disponendi facultatem habet, quatenus verò con-  
sideratur in concreto & determinativè ad Rempubl. Romanam, quæ scilicet à  
Romanis non tantum quoad personas, sed & quoad modum, facultas testandi  
est restricta, eatenus causa efficiens remota testamenti rectè dicitur Jus civile.  
[l] In omnibus testamentorum generibus ante omnia inspicienda est testato-

20. §. 7. eod. Monachus Nov. §. e. §. Nov. 76. *auth. ingressi C. d. SS. Ecclos. vel civitatis, uti proscripti l. 8. & obfides, nisi eis permittatur d. l. 8 l. 11. l. 18. §. 1.* Propter potestatem patr. filii familias, [m] qui ne consentiente quidem patre testamentum facere possunt l. 6. l. 16. Speciali lege intestabiles sunt damnati ob crimen famosum l. 18. §. 1. ff. *qui testam. fac. poss.* damnati capitis l. 8. §. fin. l. 13. §. fin. ff. eod. De consuetudine tamen hodie testantur Brunnem. ad d. l. 8. Richter *decis. 57. n. 16.*

TH. VI. *Objectum* est hereditas, sive universa bona testatoris. Excipitur feudum, de quo testator in ultima voluntate disponere nequit 1. *feud. 8 2. feud. 55.*

TH. VII. *Forma* est vel *substantialis*, uti est heredis [n] institutio §. 34. *Inst. de legat. in tantum, ut nec testamentum militis sine heredis institutione subsistat l. 3. vers. non potest. ff. d. bis que in testam. del.* vid. *infr. disput d. hered. institut. vel Accidentalis*, quæ sunt solennitates, & sunt ( 1 ) ut testamentum fiat uno con-

textu

---

ris persona, ne is dolo, vi, metu vel importunis flagitationibus, sed spontè testamentum condat; Quando verò dolo, vi vel metu testamentum fecisse præsumatur, eleganter tradit Menoch. *lib. 4. præsumpt. 11. & 12.* Berlich. *p. 3. pract. concl. 7.* Deinde, ut tempore testamenti conditi habeat integritatem mentis, quæ maximè præsumitur, si testes cum Notario de illa testentur, ut solet adhiberi vulgata clausula: *ager corpore, sanus mente.* Qui contra allegat, debet id probare, quod etiam per præsumptiones fieri potest Berlich. *p. 3. concl. 6. n. 13.* Denique requiritur, ut is testamenti factionem habeat, quæ duobus temporibus spectatur testamenti nempe faciendi & mortis l. 1. §. 8. ff. *d. bon. poss. sec. tab.* nam si eam non habeat, etiam si omnes fuerint adhibita solennitates, tabulæ testamenti nullæ sunt l. 4. l. 29. ff. *qui test. fac. poss.* [m] Lex enim XII. tabb. expressè requirit, ut testator sit paterfamilias, quod procedit in bonis profectitiis & adventitiis, adeo ut de his ne quidem permittente patre rectè testetur l. 6. ff. *qui testam. fac.* testamenti quippe factio est juris publici, l. 3. eod. juri autem publico privatorum conventio non potest derogare l. 45. §. 1. ff. *d. R. J.* Quid, si Princeps indulgeat? Resp. validè testabitur Brunnem. ad l. 3. ff. *qui test.* Q. *Num de iis bonis in quibus ususfr. patri non acquiritur, s. de peculio irregulari testari possit filiusf.* Neg. per l. 11. C. *qui test. fac. poss.* Bachov. ad Tr. *col. 2. disp. 10. sb. 2. lit. C.* D. Struve *synagm. jur. civ. exerc. 3. sb. 7. ibique ejus evoluit.* Nec reconvalescit tale testamentum, licet filiusf. sui juris factus decesserit l. 19. ff. eod. Quod enim ab initio est inutile, non potest tractu temporis convalescere l. 29. l. 201. ff. *d. R. J.* Potest tamen testari filiusf. de peculio castrensi vel quasi castrensi *pr. in fin. Inst. d. mil. test.* [n] De jure civili hoc ita se habet; hodie tamen institutionem heredis non adeo strictè esse necessariam tradit Sut-



tēxtu [o] & actū continuo l. 21. §. fin. ff. qui testam. fac. poss. l. 28. C. d. testam. nullus enim actus alienus, qui ad testamentum non pertinet, immiscendus est, nisi fortè ad naturæ necessitatem d. l. 28. (2) Si in scriptis fit, testator subscribat, nisi sit holographum, quod subscribere non habet necesse l. 28. §. 1. C. d. testam. vid. Carpz. p. 2. c. 20. d. 9. n. 9. Si literas nesciat, vel morbo impeditus scribere nequeat testator, octavum testem adhibere debet l. 21. §. 28. C. d. test. Const. Imper. d. anno 1512. von Notarien. (3) Adhibeantur testes idonei, quales sunt omnes, qui testamenti fabricationem habent, Inidonei verò testes sunt illi, qui prohibentur vel natura ob defectum animi, ut furiosus & prodigus l. 20. §. 4. ff. qui testam. vel corporis, ut muti, surdi, cœci, vel lege, quâ vel omninò testes esse nequeunt, quales sunt intestabiles l. 26. ff. eod. ut damnati, servi, l. 20. §. 7. vel ex causa aliqua, quæ posita est in solennitate testamenti, ut mulier d. l. 20. §. 6. vel suspicione affectionis, ut sunt heres in testamento institutus l. 20. pr. pater heredis d. l. 20. §. 2. fratres heredis, qui in ejusdem patris sunt potestate d. l. 20. §. 1. (4) Adhibeantur numero [p] septem §. 3. Inst. d. testam. ordin. l. 21. C. eod. (5) Specialiter ad hoc rogati testes sint necesse est l. 21. §. 22. ff. qui testam. fac. poss. (6) Animo & corpore sint [q] præsentes

holdt dissert. 9. aph. 2. Sic jure Hamburgensi testamēta, in quibus heres scriptus non est, valida ac firma sunt. Coch. in differ. jur. Soc. testamentum. [o] Ne testator à convenienti deliberatione, quæ in testamentis requiritur, avocetur, aut ejus, quod in animo habet, obliviscatur Brunnem. ad l. 21. ff. qui testam. & ne quid committatur, ex quo suppositio aliarum tabb. metui possit Scotan. ad d. r. Hinc sequitur, quòd contractus in testamento celebrari haud possit; cùm sit actus planè alienus l. 20. ff. d. v. s. Actus tamen naturales vel medicinales, vel morbus, vel symptoma in persona testatoris vel testium contingens non interrumpit testamentum l. 28. C. d. testam. ibique Brunnem. [p] Non, quòd ratio sit in sanctitate hujus numeri, sed quòd à repræsentatione populi Romani in quinque classes distributi repetenda sit, additis postea duobus testibus in locum libripendis & familiæ emptoris Rittersh. ad §. 2. Inst. b. r. Jure canonico valet testamentum coram 2. testibus & Presbytero factum cap. 10. X. d. testam. [q] Præsentia testium adeo necessaria est, ut nec à testamentis privilegiatis abesse possit Brunnem. ad l. 2. C. d. test. nec sola præsentia sufficit, sed insuper exigitur ut testes testatorem videant l. 9. C. eod. quapropter paries medius inter testatorem & testes vitiat testamentum Brunnem. ad d. l. 9. & inde nec cæcum testem esse posse tradit Harprecht ad §. 6. Inst. b. r. quia nec testatorem videre potest, quod in d. l. 9. requiritur, nec sigillum recognoscere potest. l. 1. §. 101. sit. ff. test. quem.



fentes, ita ut non tantum audire loquentem, verum etiam presentem testatorem debeant *l. 9. C. d. testam.* (7) Si ex scripto constet, testes omnes vel per se, vel si ipsi nequeant, per alium subscribant *l. 21. l. fin. C. d. testam.* Quicumque enim testis nomen suum non adscripsit, pro non adhibito habetur *l. 22 §. 4. l. pen. qui testam. facer. poss.* Si vero sit nuncupativum, non opus est subscriptione, nisi in vim probationis. *arg. l. 4. ff. de fid. instrum.* nec requiritur, ut testatori prælegatur *Carpz. p. 3. c. 3. d. 34.* (8) Ut testes signacula sua (r) testamento apponant *§. 3. Inst. d. testam. ordin.* *Suthold dissert. 7. apb. 19.* nec quicumque interest, utrum annulis propriis, an vero alienis fiat subsignatio: imò possunt omnes testes uno annulo signare *§. 5. Inst. h. t. D. Struv. exerc. 32. tb. 10. [s]*

TH. VII. *Finis & Effectus* Testamentorum est successio secundum voluntatem & dispositionem testatoris. Quæ tamen, juxta legem & jus commune interpretationem & executionem recipit; Voluntas enim testatoris ne repugnet legibus, cum nemo in suo testamento cavere possit, ne leges in eo locum habeant *l. 55. ff. de legat. 1.*

TH. IX. *Contraria* sunt testamenti mutatio, de qua infra ad *tit. quib. mod. testam. infirm.*

TH X. Testamenta minus solennia s. privilegiata quod attinet supra th. III. quinque sunt relata, I *Testamentum militare*, quod conditum est à milite in expeditione occupato absque ullâ juris solennitate [t] sine ullis testibus ac quomodocumque voluerit, valet,

---

*aperiant.* [r] Non subsistit testamentum, si subscriptionis loco sigillum apponatur; quanvis enim aliàs sigillum vim subscriptionis habeat *Cravett. instr. d. antiqu. tempor. rubr. revocare consil. n. 44.* idemque valet quod subscriptio *Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quest. cas. 10. n. 10.* Id tamen non procedit quando leges testatoris, aut alius testatoris jussu scribentis subscriptionem pro formâ requirunt, ibi sola sigilli appositio non est sufficiens *Hartm. Pistor. obs. 130 n. 5. & 6. Carpz. p. 3. c. 4. d. 18. n. 7.* ubi addit: testamentum inter liberos absque subscriptione, sigillum tamen paternum habens non valere. Nota: Jure civili annulo tantum non verò alio impresso signare debent testes *l. 22 §. 5. ff. d. testam.* Secus moribus nostris *Recess. Imper. d. anno 1512. Von Notarien/ tit. von Testamenten §. 1.* Nun die Form eines Testaments &c. [s] Nota: Cum testium numerus, ut & omnes solennitates testamentariæ sint ex jure positivo, idcirco statutò aut consuetudine tolli & mutari possunt *Suthold. diff. 7. apb. 57. Hahn ad Wesf. qui test. fac. n. 20.* Et tale testamentum ubique locorum valet, si conditum est secundum statuta illius loci, ubi factum est testamentum *arg. l. 6. ff. d. evis. l. 2. C. quemadm. testam. aper. Carpz. p. 3. c. 6. d. 21.* [t] Fluxit illud privilegium ex antiquo illo in procin-

valet, *pr. Inst. de test. milit. l. 5. l. 15. C. d. testam. milit. modò voluntas ejus vel per scripturam [u] l. 35. l. 40. pr. ff. eod. vel hac deficiente, 2 testibus [w] probari possit §. 1. Inst. & l. 24. ff. eod.* Testamentum etiam ante militiam nullis adhibitis solennitatibus confectum subsistit, si testator postea fiat miles, & constet, quod illud jam valere velit §. 4. *Inst. d. milit. test. l. 9. §. 1. l. 20. §. 1. l. 28. in fin. ff. eod.* II. *Testam. Parentum inter liberos*, est, quò liberi absque ullis solennitatibus per nudam parentum voluntatem heredes instituntur; Si propriâ manu patris vel matris perspicuè & absque notis, expresso anno & die scriptum vel subscriptum est, testes nullos [x] desiderat l. 21. §. 1. *C. d. testam. modò de voluntate [y] constet, ad quam probandam aliquando 2 testes requiruntur* D. Struv. *exerc. 32. tb. 18.* III. *Testam. Rusticorû*, in quibus 3 testes etiâ illiterati sufficiunt, quando pluriû aut peritorû copia haberi non potest l. 31. *C. d. testam.* requiritur verò, ut locus sit tali testamento privilegiato (1) ut testator sit rusticus (2) ut ruri testetur, (3) ut coram septem testetur, si haberi possint; sin minus, coram quinque l. *fin. C. d. testam.* Hoc privilegium etiam ad nobiles ruri degentes extenditur Brunnem. *ad l. 31. C. d. testam.* Hahn *ad Wesenb. tit. qui testam. fac. poss.* Attendenda hoc casu est consuetudo loci; In Saxonîâ rustici coram presbytero & 2 testibus conditum testam. valet Schulz *in synopsis. Instit. lib. 2. tit. 10. lit. D.* D. Struv. *exerc. 32. tb. 17.* Non autem valet testamentum rusticorum 3. testibus, inter

---

Quo testandi jure Wesenb. *ad tit. d. test. milit. n. 2.* ratio ejus est nimia militum imperitia *pr. Inst. & l. 3. C. eod.* occupationes publicæ & pericula quæ milites pro Reipubl. commodo suscipiunt Richter. *decis. 38. n. 9.* Cùm verò milites in numeros non relati, in provinciis extra castra degentes, eo abuterentur, Justinianus hoc privilegium militare ad eos saltem restrinxit, qui in expeditionibus occupati sunt l. 17. *C. d. test. milit.* Quod privilegium militibus nostri temporis, quando sunt in castris, aut ipso hostium conflictu, quoq; competit, Suthold. *diff. 7. apb. 60.* [u] Scriptura probat, etiam si miles in vagina vel clypeo literis sanguine suo rutilantibus adnotaverit, vel in pulvere gladio suo inscripserit l. 19. *C. d. testam. milit.* [vv] Quando testes in testam. militis adhibentur, id non solennitatis, sed tantum probationis causa fit l. 40. *pr. ff. eod.* Ex quo apparet, feminas in testamento mil. testes esse posse, cum hic non de solennitate, sed veritate quæstio sit. [x] Cæcus inter liberos testaturus tres testes adhibere, & coram illis nuncupativè testari potest D. Stryk *d. jure sensuum c. 3. n. 42.* [y] Hoc testam. itidem est vel scriptum vel nuncupativum, vid. Hahn *ad Wes. l. 5. n. 10.* Richter. *dec. 29. n. 14.* Rittershus. *ad*



inter quos non est Presbyter ; vel coram Presbytero & unico teste conditum, nisi quoad legata ad pias causas relicta Richter *decif. 26. n. 3.* IV. Testam. ad pias causas [z] jure Canonico 2 tantum testes requirit *cap. 11. X. d. testam.* cujus capituli dispositionem in terris Imperii valere testatur Schulz *Synops. Instit. lib. 2. tit. 10. lit. D.* V. Testam. tempore pestis [aa] conditum, in quo jure civili [bb] præcisè 7 testes requiruntur *l. 8. C. d. testam.* adeò ut si unus testis tantum deficiat, vel testator, antequam testes omnes singulatim adhibiti fuerint, decedat, testamentum non valeat Berlich. *p. 3. concl. 5. n. 6.* confociatio verò ac congregatio eorundem in *d. l. 8.* remittitur, [cc] ne propius cogantur accedere, ad evitandam morbi contagionem Rebhan *in paralipom. Mejer. decad. 4. qv. 10.* ubi hanc controversiam Imperatoria decisione dignam dicit Berlich. *concl. 7. per tot.* Hodiernis tamen moribus in testamento 2. vel 3. testes, imò etiam fœminas sufficere constans est DD. opinio ; difficilimum enim est in pestis periculo 7. testes conquirere Brunnem. *ad d. l. 8. C. d. testam.* Richter *decif. 28. n. 23.* Struve *exerc. 32. ib. 21.* Quando verò nullus omnino testis adfuit, testamentum est ipso jure nullum Richter *d. decif. 28. n. 26.* Necessarium tamen est, ut testes illi testatorem videant, fraudis evitandæ causa, quapropter peste laborâtes vel in plateam se deferri curant, vel fenestra testibus se ostendunt Brunnem. *ad l. 9. C. d. testam.*

*Nov. p. 6. c. 2; n. 3.* Nuncupativum testes desiderat tantum duos, licet non rogatos, imò & fœminas Gloss. *ad authent. Quod sine C. d. testam.* [z] Dicitur testamentum ad p. c. quando heres est pia causa; non verò si alius sit heres, & legata sint pia Escobar. *theol. moral. tract. 3. de justit. exam. 4. c. 7. n. 72.* Pizæ verò causæ computantur (1) Hospitalia *l. 2. C. d. SS. Eccles.* (2) redemptio captivorum *l. 36. pr.* (3) causa alimentorum *l. 21. C. d. SS. Eccles.* (4) dotium causa *arg. l. 32. §. 2 ff. d. condit. indeb.* (5) causa studiorum DD. *in authent. habita C. ne fil. pro patre.* [aa] Cujus appellatione quavis morbus contagiosus v. g. febris petechialis, das Fleckensieber Finckelth. *obs. 67.* dysenteria *idem d. l. n. 15.* Carpz. *p. 3. c. 4. d. 2.* intelligitur, modò contineant causam universalem Zachias *quæst. med. legal. lib. 3. tit. 3. qu. 2. n. 5.* & incolis metum incutiant Carpz. *d. l. Hahn. ad Wesf. tit. qui testam. fac. p. 3. n. 10.* [bb] Et hanc sententiam fovent Ungebaur. *exerc. 8. th. 2. in Nego.* Struve *exerc. 32. ib. 21.* Hahn. *ad Wesf. tit. d. testam. n. 10.* Alii requirunt quinque Gabriel. *lib. 4. d. testam. concl. 8. n. 3.* Reusner. *d. testam. p. 4. c. 17. n. 14.* Mascard. *de probat. concl. 1352. n. 18.* Alii duos vel tres Guid. Pap. *qu. 543.* Gail. *2. obs. 118.* Alii distinguunt inter pestem parvam & magnam, seu leniorem & sæviorem Ripa *de peste cap. 2. n. 10. 11.* Item, an ipse testator peste laboret, nec ne Bald. *in l. fin. C. d. testam.* [cc] Hosce testes uno contextu & continuo actu adesse debere certissimum est *l. 9. C. d. testam.*

# C O R O L L A R I A.

## I.

**T**estamentum quod quis blanditiis amicabiliter invitatus fecit, validum est, *Carpzov. p. 3. c. 5. def. 7.*

## II.

Milites limitanei & in locis hybernis Winterquartieren degentes non jure militari sed communi testari debent *pr. Inst. d. milit. testam. Recess. Imper. de anno 1512. tit. von Testamenten §. und sollen die Notarien vers. aber diejenigen Ritter x.*

## III.

Præter id, quod militibus in condendo testamento numerus septenarius remissus est, adhuc alia conspiciuntur singularia, uti sunt (1) Quòd miles possit heredem instituere ex certo tempore & ad certum tempus *l. 41. ff. d. milit. testam.* (2) Jus accrescendi in testamento militis prohiberi possit, & (3) Liberos suos præterire possit in testamento suo *§. pen. Inst. d. ex hered. liber.* (4) duobus facti testamentis decedere possit *l. 19. pr. ff. eod.* (5) Valeat promissionem honestam & causariam, non verò ignominiosam *l. 26. pr. ff. d. milit. test.* (6) Irritum non fit per capitis diminutionem minimam sc. vel arrogationem, vel emancipationem, licet filius emancipatus de novo non declaraverit voluntatem suam *§. 5. Inst. d. mil. test.*

## IV.

Si Parens, sive pater s. mater sit, viva voce faciat testamentum inter liberos, adhiberi debent testes ad minimum duo, si verò in scriptis, sola sufficit scriptura, etiam si nulli adhibiti fuerint testes *l. fin. C. fam. ercisc.* Quod testamentum non valet quoad extraneas personas *d. l. f. C. fam. ercisc. Carpz. p. 3. c. 4. d. 19.*

Testari



**T**estaris affatim scientiam Juris  
 Prodire testamenta dum facis scripto  
 Eoque publico. Litasse Te nullâ  
 Aetate Murciae Deae satis foedae  
 Ac noxiae testantur hæcce præsentēs  
 Theses. In obscuro latere Te volve  
 Etiam probas nobis. Catus prom clares,  
 Quod lumen haud fugis rubentis & puri  
 Solis, sed ex squalore, nocte densaque  
 Ut & situ prodis, tuamque doctrinam  
 Doctis viris, exponis atque commonstras.

FELICITER

*acclamat*

**PRÆSES.**

---

**D**en Demant schätzt man nicht / der in der Gruft noch lie-  
 get /  
 Die Perle wird veracht / so noch der Muschel brüht /  
 Der wird kein Held gerühmt / so nicht im Felde sieget /  
 Ob Alexander gleich in seinem Herzen ruht.  
 So gehts / die That muß erst von uns ein Urtheil sprechen /  
 Eh uns die fluge Welt des Lobes würdig acht /  
 Man lästet uns nicht eh die Ehren-Rosen brechen /  
 Eh uns die Tugend hat und Kunst bekant gemacht.  
 Diß weiß Er / werther Freund / drum will Er izo zeigen  
 Wie Ihn die Wissenschafft den klugen Geist nimt ein /  
 Er glaube / daß es wird die Fama nicht verschweigen ;  
 Die Ehre reißt / wo erst des Fleißes Blüthen seyn.

Dieses wolte zu schuldiger gratulation dem  
 Herrn Respondenten beysetzen

**Johann Wagner / LL. Stud.**

DISPUTATIO  
DE  
**EXHEREDATIONE**  
**LIBERORUM,**

*QUAM*

PRÆSIDE

**PETRO MÜLLER**

J. U. D. & Prof. Ordin.

*Ad d. Decembr. cl. l. c. LXXXI,*

In Auditorio ICtorum

publicè ventilandam sistit

**AUGUSTUS Dürfeld/**  
Hallenſis Saxo.

---

**GENÆ, Characterè NISIANO.**

*Serenissimi ac Potentissimi Principis  
ac Domini,*

**DN. FRIDERIC  
WILHELMI,**

Marchionis Brandenburgici, S. S. Imp. R.  
mano Germanici Archi-Camerarii & Electoris; Ducis  
ruffiæ, Magdeburgi, Juliæ, Cliviæ, &  
montium &c. &c.

Confiliario Gravissimo

V I R O

*Magnifico, atque Præ-Nobilissimo*

**DN. FRIDERIC  
HONDORFFIO,**

Jcto Consummatissimo, & Salinarum  
Hallensium Præfecto meritissimo

*Dn. Patrono, Mæcenati atque susceptori suo summô observan-  
cultu aternum devenerando*

Primitias hæc Academicas humiliter dedicat ac  
*offert*

Augustus Dürfeld.


(o)

# DISPUTATIO

De

## Exheredatione Liberorum. [a]

### THESIS I.

upra dictum est de Testamentis, & quis ea facere possit, vel non. Seqvuntur Personæ, quibus hereditas in testamento defertur, seu quæ à testatore heredes instituuntur. Instituuntur verò quædam *ex necessitate*, quædam *ex libera voluntate*. Ex necessitate instituuntur *liberi* à Patre & per lineam paternam ascendentibus. Et quamvis præter liberos à parentibus etiam aliæ personæ, nempe parentes à liberis, & fratres ac sorores exheredari possint; Videamus tamen modò juxta ductum Imperatoris *de exheredatione liberorum*, de aliorum exheredatione videbimus infra in disp. de officioso testamento.

TH. II. *Exhereditatio Liberorum* est exclusio ab hereditate verbis expressis facta.

TH. III. *Dividitur* [b] (1) in eam *qua bona mente fit*, non notæ causa, nec ut obsit, sed ut liberis consulatur *l. 18. ff. d. liber. & postb. l. 16. §. 2. ff. d. curat. furios. v. gr. prodigis, furiosis, impuberibus, vid. disp. D. Linckii de exheredat. bona mente facta. & qua nota causa fit* de qua hîc agitur *arg. d. l. 18. (2.) in veram s. expressam, & tacitam s. interpretativam §. 6. Inst. d. exhered. liber. (3) in formalem*, quæ secundùm formam & modum à legibus præscriptum est concepta, & hæc vocatur *legitima*; cui opponitur *illegitima*,

---

[a] *De Exheredatione liberorum* scripsit Petrus Ricciardus. Nicol. Bellonus. Alexand. Picenardus. Jacob. de la Lande. [b] Simon de Prætis *lib. 3. de interpret. ult. soluat. interpr. 1. dub. 6. sol. 1. n. 2.* triplicem facit exheredationem: *Unam strictam & propriam*, quando expresse & solenniter fit exclusio ab hereditate, secundùm verba & voluntatem testatoris, & hæc propriè dicitur *solennis* exhereditatio. *Aliam impropriam & largam*, quando fit exclusio ab hereditate non expresse secundùm verba, sed tacitè secundùm voluntatem, & sub ista comprehenditur præteritio facta à testatore sciente se filium sic præteritum habere. *Aliam impropriissimam & largissimam*, quando exclusio ab



*gitima*, quæ non rite & secundum formam à legibus præscriptam est facta ; de qua agitur *in tit. 13. bujus libr. 2. pr. Inst. & causalem*, quæ fit ex justa causa eaque in *Nov. 115. c. 3.* expressa, & hæc vocatur *aqua & justa*, cui opponitur *iniqua* exheredatio, quæ scilicet citra justam causam facta est, quæ locum facit querelæ inofficiosi testamenti, de qua infra *in tit. d. inoffic. test. [c] (4) in Necessariam* quæ est suorum heredum, veluti liberorum in patria potestate existentium, & *Voluntariam*, quæ est extraneorum, ut emancipatorum, parentum, fratrum & sororum.

TH. IV. *Causa efficiens* remota est Lex XII. tabb. [d] ex qua omnis descendit testamenti factio *l. 120. ff. d. V. S.* ideoque etiam exheredatio Coll. Argentor. *ad tit. d. lib. & postb.* Propinqua est voluntas & potestas patris, §. 2. *Inst. d. hered. quæ ab intest. def.*

TH. V. *Subiectum ætivum*, est pater, cui competit testamenti factio activa, seu qui habet facultatem & voluntatem testandi, qui enim potest dare, potest etiam adimere *arg. §. 1. & fin. Inst. quib. mod. toll. obl. & l. 35. ff. d. R. 7.* *Subiectum passivum* sunt liberi. Parentes non aliter rectè testantur, quàm si liberos suos (s. masculi sint, s. fœminæ, s. sui, s. emancipati, s. jam nati s. posthumi) vel heredes instituant, vel expressè exheredent §. 5. *Inst. b. t.* Olim *filius* nominatim potuit exheredari, *filia* verò inter cæteros ; & *filius* si non esset nominatim exheredatus, sed silentio præteritus testamentum ipso jure nullum erat, *filia* verò ita præterita jus accrescendi ad certam s. æqualem portionem habebat, non secus ac si ipsa *filia* nominatim in testamento esset instituta *pr. Inst.*

---

hereditate neque expressè neque tacitè fit, & ista est præteritio facta a testatore ignorante se habere filium. [c] Nota : Potest *legitima* exheredatio esse *iniqua*, & contra *aqua* esse *illegitima. v. gr.* Quando pater liberos suos expressis verbis exheredat, sed sine justa causa, ista exheredatio est legitima, quia secundum legum præscripta est facta, sed est iniqua, quia non adest justa causa ad exheredandum, nempe ingratitude ; ideoque testamentum quidem subsistit, sed per querelam inofficiosi potest rescindi. Porro, quando pater filiû immorigerum non nominatim, sed inter cæteros exheredavit, æqua est exheredatio, sed non legitima, quia ex justa quidem causa, sed non secundum formam à legibus præscriptam facta est, ideoque non subsistit. [d] Exheredatio originem traxisse videtur à Græcorum abdicatione, quâ & ipsa utebantur cives Romani quidam *l. pen. C. d. patr. potest.* sed more Græco, non jure suo, more peregrino, non proprio Grot. *d. jur. b. & p. c. 7. §. 7.* Romanis enim legibus non comprobata Græcorum abdicatione *l. 6. C. d. s.* & ejus loco concessa exheredatio, quo nomine gaudet abdicatione in *d. l. 6. C. d. patr. pot.* utraque si

*Inst. b. t. Nepotes* quoque inter ceteros poterant exheredari, vel si præteriti erant, ipsis quoque jus accrescendi competiit filii verò primi gradus præteriti nullum reddebant testamentum. *Posthumi*, si erant masculini sexus & primi gradus nominatim debuerunt exheredari, foeminini verò sexus & nepotes ex filio inter ceteros, ita tamen ut ipsis aliquid legaretur, ne per oblivionem viderentur præteriti §. 4. *Inst. d. exher. liber.* In potestate patria non existentes s. *emancipatos* non erat necesse heredes instituere vel nominatim exheredare. Hinc ita præteritus emancipatus non ipso jure, h. e. immediatè, nullo adhibito auxilio, sed petita bonorum possessione contra tabb. testamentum evertit §. 3. *Inst. b. t. De Adoptatis, vid. §. 4. Inst. b. t.* Jure novo sexus [e] sunitatis & emancipationis [f] primi & ulterioris gradus, natorum & posthumorum [g] differentia in totum sublata omnes liberi omnino etiam adoptati secundum differentiam, si non instituantur, debent exheredari §. 5. *Inst. b. t. l. 4. C. od.* Posthumi tamen non possunt exheredari, posteaquam post *Nov. 115.* omnis exhereditatio debet fieri cum adjecta ingratitude causa, quæ in posthumum cadere nequit.

quidem cum nota & ignominia filii fiebat *l. 18. C. d. snoff. testam. l. 10. C. d. milit. testam.* [e] Differentia inter mares & foeminas quoad successionem in bona parentum allodialia (quoad successionem enim feudi differentia illa serò hodiernum servatur *cap. 1. d. success. feud. 1. feud. 8.*) Imperatori displicuit §. 5. *Inst. d. ex. lib. & l. pen. C. d. legit. hered.* cum natura utrumque ediderit, ut maneat suis vicibus immortale & alterum alterius auxilio egeat *d. l. pen. & utraque persona in hominum procreatione simili naturæ officio fungatur d. §. 5. Perez. ad tit. C. d. lib. prat. n. 2.* & quare naturam offendimus, & legitimo juri derogamus? *d. l. pen.* [f] Emancipatus si est præteritus, non ipso jure, h. e. immediatè, nullo adhibito auxilio, sed petita bonorum possessione contra tabb. testamentum evertit §. 3. *Inst. b. t. & l. 6. §. 1. & 2. ff. d. bon. poss. contr. tab.* Nec *d. §. 3.* per §. *seq. s.* immutatus est. Quamvis enim in §. 5. textus discrimen, quod olim in exheredationibus observabatur, sublatum, & antiqua libertas emancipatos instituendi vel exheredandi in necessitatem per *d. §. 5.* redacta sit, non tamen hoc immutatum est, quod emancipatus præteritus per bonorum possessionem contra tabb. testamentum evertat. [g] Posthumi alii dicuntur in jure *proprie, serè & naturaliter*, qui post humatum patrem nascuntur *l. 3. §. 1. d. injust. rupt.* Posthumi *civiliter*, i. e. quoad effectus civiles instar verorum posthumorum habentur, qui *sicò testatore post testamentum* ei vel naturaliter nascuntur *l. 12. ff. d. injust. rupt.* vel fiunt filii, sive per adoptionem & arrogationem, sive per legitimationem. Et hi conditum testamentum per suam agnationem vel quasi rumpunt *l. 15. ff. d. s. D. Struve exerc. 32. th. 37.*



TH. VI. *Objectum exheredationis est hereditas*, [11] 1. ~~na~~  
na illa, super quibus testamentaria dispositio potest valere.

TH. VII. *Forma* consistit in exclusione ab hereditate legitime facta. Ut autem legitima dicatur, requiritur (1) ut fiat in testamento perfecto, in Codicillis enim exheredatio fieri nequit §. 2. *Inst. d. codicill.* neque in testamento imperfecto, quod in se nullum est §. *pen. inst. quib. mod. test. infirm.* (2) consultò, animo privandi heredem fiat, non temerè aut calore iracundiæ *l. 19. C. d. inoff. test.* (3) fiat nominatim *pr. Inst. b. t.* ut nomen & prænomen & cognomen exheredati dicatur *l. 1. ff. d. lib. & postb.* (4) excludatur à tota hereditate, non à parte aliquâ *l. 10. ff. d. lib. & postb.* (5) debeat fieri purè, non sub conditione *l. 3. §. 1 ff. d. lib. & postb. l. 68. in fin. ff. d. hered. instit.* (6) Ex justa causa debeat fieri exheredatio; Causæ verò 14. in *Novella 115. c. 3.* enumerantur.

TH. VIII. *Prima causa est: Si quis parentibus suis manus intulerit*, sc. impias & violentas *l. 1. §. 2. d. obseq. parent.* vel illos percusserit. Idem est, si pedibus, vel lapide vel fuste, vel ense aut alia quâvis re injuriosè attigerit *arg. l. 7. §. 1. ff. ad L. Aquil.* [i] Etiam si parens sit inhonesta & turpis persona, liberis tamen semper honesta videri debet *l. 9. ff. d. obsequ. par. II. Si gravem & inhonestam injuriam eis ingesserit*; qualem injuriam restringunt interpretes ad *verbalem*, propter vocem in *d. Nov. græcam ubiq.*, quæ notat contumeliam s. injuriam verbalem vid. *Luc. 11. v. 45.* [k] III. *Si eos in criminalibus causis accusaverit, quæ non sunt*

---

[h] An etiam bona feudalia? *Neg.* Cum nulla planè defuncti ordinatio in feudis valere possit, *c. sequitur 1. in fin. d. success. feud. 1. feud. 8.* Ludvvell. *Synops. jur. feud. cap. 10.* [i] Præter hoc quod filius exheredatur, si graviter percusserit patrem, fustigari debet, nisi ipse pater offensus pro eo intercedat *Carpzov. p. 4. c. 3. d. 19.* Manûs levatio non est sufficiens exheredationis causa, quia Imperat. de illatione loquitur, & ita responderunt Jcti Marpurgenses *vol. 3. conf. 28. n. 105.* Nota: Si filius se vitamque suam contra patrem aggressorem defendens vel ob defensionem patriæ patrem percusserit, cessat exheredatio *Bachov. ad Trentl. vol. 2. disp. 22. sb. 6. lit. F. Gothofr. ad l. 35. ff. d. relig. & sumt. fun.* [k] Non quælibet hæc injuriæ sufficiunt, sed requiruntur *graves & inhonestæ*, quæ non accipiendæ de injuriis ex consideratione personarum tali, sine relatione ad parentes, cùm horum respectu quævis injuria sit atrox §. 9. *Inst. d. injur. l. 7. §. fin. ff. eod.* & gravis *l. 28. §. 8. ff. d. pan.* sed de ejusmodi injuriis quæ in se tales sunt, & suâ natura, *Wesemb. in parat. C. de inoff. testam. n. 18.* quænam autem graves & inhonestæ injuriæ cen-

*sunt adversus Principem sive Rempublicam; Religio enim liberis sit parentes in causis criminalibus accusare l. 5. C. ad L. Cornel. d. fals. ut Imperator ipsis graviter sub pœna exheredationis interdixerit; Idem est, si sponte contra patrem in criminalibus causis testimonium dixerit, & ultro, non ex officio aut necessitate adversus patrem advocatum egerit, aut alium, ut patrem accusaret, instigaverit, subornaverit, instruxerit, adjuverit, pretio, consilio, probationibus l. 3. l. 5. ff. d. bon. poss. contr. tabb. Excipit tamen hîc Imperator crimina, quæ sunt adversus Principem aut Rempublicam, seu crimina læsæ Majestatis & perduellionis, cùm filius patrem, si ad Rempublicam aut patriam delendam venerit, aut eam consilio, ope, dolo malo hostibus prodiderit l. 10. ad L. Jul. Maj. non solum sine scelere occidere possit, sed & si id fecerit, præmio honoretur l. 35. ff. d. relig. & sumt. funer. IV. Si cum maleficis hominibus ut maleficus versatur. Per maleficos [1] hîc intelliguntur incantatores, quæ præstigiis & magicis artibus contra salutem hominum varia nefanda moluntur l. 4. C. d. malef. connubia tristantur, copulam maris & sceminæ impediunt Gothofr. ad d. l. 4. lit. S. vitas infontium labefactant l. 6. C. eod. elementa turbant, imbribus, ventis, grandinibus, lapidatione fructus destruunt, segetem corrumpunt l. 4. eod. Horum consortium fugiendum, vult Imperator sub pœna exheredationis, modò filius ut maleficus cum maleficis versetur; nõ enim illico maleficus est, aut ut maleficus damnandus, si ipsi inter maleficos repertus fuerit Gothofr. add. l. lit. F. V. Vel vitæ parentum suorum per venenum, aut alio modo insidiari tentaverit. Quibus exprimitur conatus maleficii, licet effectus non fuerit secutus; In maleficiis (atrocioribus) voluntas, id est, conatus (nõ nuda cogitatio, sed voluntas aliquo facto turpi declarata) non exitus spectatur, ut Imperat. Hadrianus rescripsit l. 14. ff. ad L. Cornel. d. sicar. VI. Si Noverca sua aut concubina patris filius sese immiscuerit. [m] Si scil. scienter crimen hoc com-*

---

sendæ sint, id arbitrio judicis relinquatur Lud. Molin. tom. 1. d. just. & jur. tr. 2. disp. 176. n. 2. [1] Maleficos interpretatur Stephan. ad h. Nov. n. 18. veneficos & damnabiles Mathematicos. Venefici autem dicuntur malefici in l. 1. C. de maleficis & mathematicis. Ubi per mathematicos ibi non intelliguntur illi, qui siderum motus, & qui ex iis leqvuntur, effectus exquirunt, attemque exercent geometricam publicè utilem l. 2. C. d. s. sed vaticinatores, qui illis artibus abutuntur Gothofr. in marg. ad d. l. [m] Feudista dicit: Si cucurbitæ & ca-



mittat; si vero ignoranter, credens matrem remanere cum qua rem  
habet, non esse nec uxorem patris nec concubinam, i.e. si eam in  
lupanari meretriciâ veste indutam invenerit Stephani ad *d. Nov.*  
*115. n. 18* pœna cessat. *VII. Si delator contra parentes filius extiterit,*  
*& per suam delationem gravia eos dispendia fecerit sustinere.* Filius  
delator in causis civilibus & pecuniariis contra parentes existens,  
siquidem per istam delationem gravia fortunarum sustinuerint  
dispendia, justè exheredatur, [n] Molina *tom. I. d. just. & jur. tract.*  
*2. disp. 176. n. 7.* *VIII. Si quemlibet de predictis parentibus in-*  
*clusum esse contigerit, & liberi, qui possunt ab intestato ad successio-*  
*nem ejus venire, editi ab eo, vel unus ex his, in suâ eum noluerit fi-*  
*dejussione suscipere, vel pro persona, vel pro debito,* [o] in quan-  
tum esse qui petitur, probatur idoneus. Hoc tamen, quod de fide-  
jussione censuimus, ad masculos tantummodo liberos volumus per-  
tinere. Rectè ad masculos hoc restringit Imperator, cum fœmi-  
næ ad fidejubendum non sint idoneæ, imò fidejubere seriò pro-  
hibeantur *l. 1. pr. & l. 2. pr. ff. ad SC. Vellej.* *IX. Si convictus*  
*fuerit aliquis liberorum ex eo, quia prohibuerit parentes suos*  
*condere testamentum, ut siquidem postea facere potuerint testamen-*  
*tum, sit eis pro tali causa filium exheredandi licentia.* Scilicet  
dolo malo, v.gr. impediendo tabellionem & testes, ne accedant  
ad testatorem Lud. Molina *tom. 1. d. just. & jur. disput. 176. num. 9,*  
sive metu aut minis sive violentis persuasionibus prohibuerit,  
Carpz. *p. 3. c. 5. d. 8. 9. 10. & seqq.* [p] *X. Si præter voluntatem*  
*parentum inter arenarios vel mimos sese filius sociaverit,* [q] *& in*  
*hac professione permanserit; nisi forsitan etiam parentes ejusdem*  
*professionis*

---

*rit 1. feud. 5.* [n] Etiam si justè patrem accusaverit, grave enim dispendium  
non sustinebit pater, nisi justè fuerit accusatus. [o] Patrem tenetur filius li-  
berare non tantùm ob æs alienum, aut debitum pecuniarium, sed & ob deli-  
ctum aut aliam causam incarceratum Stephani ad *d. Nov. 115. n. 18.* si modò  
fidejussoribus custodia relaxari possit. [p] *Quid, si parentes in ipsa prohibi-*  
*tione decesserint, nec filium ex hac causa exheredaverint?* Resp. Filio de  
prohibitione convicto auferri hereditatem tanquam indigno, & fisco vindicari  
*l. 19. pr. ff. d. his qua ut indign. aus. l. 1. in pr. si quis alt. testat. prohib. l. 2. C.*  
*eqd. l. 3. §. 5. in fin. ff. ad SC. Trebell.* Speckhan. *cent. 1. q. 96. jur. q. 95. n. 10.*  
[q] Quia tales mimi & arenarii ob extremam eorum nequitiam, avaritiam tur-  
pem, vitamque propudiosam Romanis maximo odio fuerunt. Unde Cicero:  
*Tene genus, alui literisq; instituendis curâs, ut ludo, gatio, histrioq; propu-*  
*diosus fieres?* Imò famosi fuerunt. *l. 2. §. fin. d. his qui not. infam.*

professionis fuerint. Erant autem *arenarii* qui in arena cum bestiis depugnabant *l. 1. §. 1. d. adit. edit.* unde & *bestiarios* illos vocabant Seneca *epist. 70. in med.* *Mimi* verò dicebantur, qui artē ludicram exercebant Sichard *ad autb. non licet C. d. liber. prater.* vel ludorum faciendorum causa in scenam publicè prodibant *l. 2. §. ult. ff. d. his qui not. infam.* XI. Si aliqui ex predictis parentibus volenti suæ filia vel nepti maritum dare, & dotem secundum vires substantia suæ pro eâ prestare, illa non consenserit, sed luxuriosam degere vitam elegerit. Id est, si filia turpiter & flagitiosâ fæditate vivere *l. 19. C. d. inoff. testam.* aut multorum libidini patere *can. 16. dist. 34.* & sic meretricio more [r] vivere, quàm matrimonium honestum à parentibus ipsi oblatum inire maluerit, potest exheredari Carpz. *p. 2. pract. crim. qv. 69. n. 70.* XII. Si quis de predictis parentibus furiosus fuerit, & ejus liberi vel quidam ex his, aut liberis ei non existentibus aliis ejus cognati, qui ab intestato ad ejus hereditatem vocantur, obsequium ei & curam competentem non præbuerint. Siquidem à tali sanatus fuerit infirmitate, erit ei potestas, utrum velit negligentem filium vel filios, aut cognatum, ingratum vel ingratos in suo scribere testamento. XIII. Si unum de predictis parentibus in captivitate detinere contigerit, & ejus liberi, si ve omnes, si ve unus non festinaverint eum redimere & c. Modò majores sint 25. annis; Si verò liberatus ab hostibus moriatur pater, nec fecerit testamentum, aut si fecerit, liberos tamen non ingratos in illo nominaverit, ipsis ingratitude remississe intelligitur. [s] Gothofr. *ad autbent. si captivi C. d. episcop. & cler.* XIV. Si quis de predictis parentibus orthodoxus constitutus senserit suum filium vel liberos non esse Catholica fidei, nec in sacrosancta Ecclesia communicare & c. licentiam habeant pro hac maximè causa ingratos eos & exheredes in suo scribere testamento. Hæreticos, id est, qui sectam eligunt, quam putant esse meliorem *can. 27. c. 24. qv. 3.* eamque pertinaci animo defendunt, *can. 29. & c. 31. c. 24. q. 3.* si ve  
lucri

---

[r] Quæ se omnibus palam prostituit & corpore suo quæstum quarit *l. 43. §. 1. & 6. ff. d. rit. nupt.* Illa verò quæ cuidam ex amore singulari semel vel bis furtim sui copiam facit, exheredari nequit Carpzov, *d. l. n. 69.* Ungebaur *exerc. justin. 16. qv. 10. in fin.* [s] Si verò pater captivus ab hostibus decesserit, hereditas liberis ejus, si de redemptione captivi nihil profus fuerint solliciti, aufertur tanquam indignis & Ecclesiæ (non fisco, quod hîc speciale est contra *l. 2. §. 1. l. 13. 14. ff. d. his quib. ut indign.*) applicatur, hac Nov. *115. c. 3 §. 13.*

ad lib. 5. decret. tit. d. hæreticis n. 1. heic vult Imperator posse exheredari. [t]

TH IX. *Finis* exheredationis est, tum ut delicta erga parentes commissa, eâ vindicentur, tum ut minus obsequentes liberi metu exheredationis in officio contineantur; quo cum convenit Aristot. lib. 8. *Eth. in fin.*

TH. X. *Effectus* est, ut liberi, aliàs heredes parentum suorum futuri ab hereditate repellantur, ac testamentum in sua firmitate maneat [u] *d. Nov 115.*

TH. XI. *Contraria* sunt (1) *heredis institutio* (2) *Reconciliatio*, sive ea expresse facta sit, sive tacite. Fachin. lib. 6. *controv. 76. & seqq.* Perez. *ad C. d. liber. & postb. n. 21.*

TH. XII. *Affinia* sunt (1) *Abdicatio* [vv] quæ inter vivos fit, (2) *Præteritio*, si liberorum oblitus erat testator *pr. Inst. b. 1.*

[t] Huc non possunt referri Romano-Catholicæ, vel Reformatæ religioni addicti. Proinde Pater Lutheranus filium ad castra Pontificiorum vel Reformatorū transeuntem tanquam hæreticum exheredare nequit; licet enim Theologicè sit hæreticus, non tamen politicè talis est, cum tres hæc religiones per pragmaticas sanctiones in Imperio nostro tolerentur Stephan. *ad b. Nov. 115. n. 18. in fin.* [u] Bene Quintilianus *declam. 259. fulmen, inquit, istud patrum datum est adversus ferociam adolescentiæ. Q. An exhereditio tollat jus suitatis?* Dist. *Utrum adita sit hæreditas, nec ne.* Priori casu jus suitatis in suspensio esse dicimus, quia obstat nepoti, ne suus heres avo existat *l. 9. §. 2. ff. d. lib. & postb. & multis modis fieri possit, ut suus heres effectu sit & maneat, si evacuetur testamentum querela inofficiosi l. 8. §. pen. d. inoff. test. vel non adita hereditate l. 20. pr. ff. d. bon. poss. cont. & abb.* Priori casu, post hereditatem aditam jus suitatis extinctum est in exheredato *l. 1. §. pen. ff. d. suis & legit. vid. Hilliger. in Donell. enucl. lib. 7. c. 2. lit. C. Faber lib. 9. conject. 10. conject. 12. & vel si heres scriptus hereditatem repudiaverit vel omiserit, tunc destituito testamento is qui erat exheredatus adit hereditatem l. 9. §. 2. ff. d. lib. & postb.* Hoc quoque probat *l. 73. §. 1. ff. d. R. 7. ubi dicitur, quod nemo possit tutorem dare cuiquam, nisi ei, quem in suis heredibus, cum moritur, habuit habiturusve esset, si vixisset, jam verò exheredato filio tutorem dare potest l. 4. pr. ff. d. testam. tut. Bachov. ad Tr. Vol. 2. disp. 12. th. 2. lit. B.* [vv] Multum inter se differunt exhereditio & abdicatio. Hæc vivo patre effectum habebat, facta inter vivos; dimittebat enim pater filium vestibis spoliatum, & qui abdicatum recipiebant, læsæ Reipubl. rei fiebant Cujac. *ad l. 18. ff. d. lib. & postb.* Exhereditio verò post mortem demum patris, per testamentum legitimum effectum sortitur *l. 17. C. d. testam. §. 2. Inst. d. Codicill.*





## C O R O L L A R I A.

### I.

**F**uendo hereditario filius exheredatus privatur Ludv. *synops. jur. feud. cap. 10.* quia illud pro re hereditariâ habetur, & pater de eo testari, & pro arbitrio suo disponere, & cuicumque extraneo illud relinquere potest, si modò illud ei & heredibus ejus quibuscunque concessum sit Ludv. *d. l. §. 4.*

### II.

Similes aut majores, quàm quæ in *Novell. 115. c. 3.* expressæ, exheredationum causæ admittendæ sunt, quia Justiniani mens non potuit esse, eas excludere causas, quas natura legum non admittit excludi *arg. l. 2. §. 18. d. vet. jur. enucl. l. 12. ff. d. legib.* Sed Imperatori fuit propositum licentiam exheredandi ex qualibet causa, quæ jure veteri obtinebat, coarctare, determinare atque regulam facere, juxta quam exheredatio examinetur Sichard. *ad auth. licet C. d. liber. prater.* imò similes & majores causæ continentur in *d. Novell.* tanquam species sub generibus, vel tanquam exempla sub regulis, aliàs lex fieret elusoria. Neque absurdum est in odiosis & pœnalibus fieri extensionem vid. Franzk. *in comment. ad ff. d. legib. n. 46. & n. 51.* si eadem sit aut major ratio. Excludendæ verò sunt aliæ omnes causis in *d. Novell.* dissimiles. Bachov. *vol. 1. disp. 13. tb. 8. lit. C. Eberh. Speckhan. cent. 1. qv. jur. qv. 96. n. 6.*

### III.

In provinciis Electoratûs Saxonici parentibus permissum est, liberos, qui sine consensu ipsorum nuptias contrahunt, vel ad dimidiam usque partem legitimæ, vel pro ratione circumstantiarum totaliter exheredare, qui & porro carcere multari possunt. *Ordinat. Eccles. sub tit. von Ehesachen. § von Ehegelöbnüssen. Carpzov. lib. 2. Jurisprud. Consistorial. tit. 3. de fin. 14.*

Vide,

**V** Ide, quantam utilitatem adferat disputandi exercitium, *Clarissime Dürfeldi*, & quam opinionem apud eruditos conciliet. Studia negligere in academiis, turpe est: ea tractare umbratili operâ, in glorium: in Cathedra periculum facere, difficilius quàm ut præstari possit ab iis, quibus solidior eruditio cordi est. Regiam ergo incedis viam. Perge virtutem ac literas, quod facis, amare. Nulla in humanis rebus majora bona sunt. Vale. Dab. è Musæo meo V. Idib. Decembr. Anno M DC LXXI.

PRÆSES.

---

**E** Gregiis plenus scandens, perdocte, cathedram,  
*Dürfeldi*, Themidos lucida stella poli,  
Ingenii pandis radios, viresque benignas,  
Quas tibi concessit Gratia summa Dei.  
Sanè materia est illustris & ardua Juris,  
Quâ prodis vires non sine laude Tuas.  
Ecquis tam bona non laudet conamina? Quis non  
Præclaris faveat dotibus ingenii?  
Ter ternæ unanimi gratantur voce sorores,  
Et Themis arridens talia vota canit:  
Maçte Patris votum monitumque explere labora:  
Et Deus ex voto prospera quæque dabit.

*Ita nobilissimo atque pereximio Dn. Respondenti  
J. U. Cultori indefesso Fautori & amico suo  
singulari gratulari voluit*

**Johan. Christian. Hacaborn.**  
Cöthenâ Anhaltinus.